ille poterit præstare 20 nova genera, satis erit; dubito tamen. Doleo maximè quòd non siccas collegerit plantas; ideòque nec potest corrigere, si quos commiserit errores, si quidquam deficiat in observationibus. Ego ipsi inserviam, si me consulat, fidelissimè. Brownius est laudandus author : certè, pro suo modulo, satis benè observavit; vidi ejus plantas et confirmatus fui. Si *Agave sobolifera* sit hexapetala, erit Yucces generis, quod mihi paradoxum. Leguminosam drupifera rectè singularem dicis *(sic)*. *Aristolochiam trilobatam*, ejusque virtutem maximè miror; odor et sapor ejus est profectò stupendus. *Achr.* characterem in altero tomo *Systematis*, p. 1381, videas, ad observata Loeflingii planè mutatum, et *Chrysophylli* emendatum ibid., p. 937.

*Bracelet* est omninò Cæsalpiniæ species; habeo siccam.

*Hedera tetrandra* Jacq. est Cissus apud me.

---

mée incomparables. Il fut comblé d'honneurs sans que la science y perdit, et jusqu'à sa mort, 1817, il occupa sa vie à produire une série d'ouvrages, devenus faciles pour lui avec les moyens dont il disposait, mais pleins d'attrait et de curiosités nouvelles pour le reste des savants. Linné, qui avait été en relation avec lui, ne pouvait laisser périr ce nom, et il lui consacra la *Jacquinia*, genre de la famille des Sapotilliers, arbrisseaux des Antilles.